

Tu vero bona fide, Beneronici Amplissime idem tibi eventuum speras? nullane te vestigia terrent? Ego Heinsioy, Cunaos, Cloppenburgios, Boschornios cum intueor, non ausim dicere quid Beneronicio potendam, fieri tamen *κακός μάλισ*, quam *κακῶν* malim. atque idem Deus ut velit, et Salmasius ex animo cupio ut te valere vir doctissime et me amare, quanguam non levi de causâ ut vidisti subinfensum. Scribo inter arma, tubos et sclopos, quod inter libros oportuit ad vos qui libri estis. et ad castrensem hanc barbariem non immeritò nauseatis.

offella ad Sennepan 25. Junii 1641.

Tuus pleno affectu

Debere hoc inter nos petire, neque Musæ tui limen egredi, non est quod moveam. ipso argumento morari, et privata libertatis candore. Dodoracum tuam, de quâ dicebam, solo hætenus de nomine notam habeo. Equid luenda culpa sit tu videas.

Princeps Gulielmus  
Tristano de M<sup>ca</sup> Furta. Excellentissime Domine.

(308)  
Plurimum me debere fateor Excellentia vestra, quod majoribus districta negotiis, reditus mei in has regiones placuerit meminisse. Habeo proinde gratias quas possum maximas, atque ut rebus annis pro sua parte feliciter gestis in patriam reversuri, eadem quâ mihi prosperitate, navigatio succedat, Deum precor Excell<sup>a</sup> vero vestram, ut me oblata occasione sibi Dominoque Antonio filio tanti patris dignissimo ad officia quaque paratissimum fore penitus confidat. Dat: in Castris ad Sennepan, offella  
Ipsis Palendis Jul: 1641.

Excellentissime Domine.

Duo Tristano de Mendoca  
Serenissimi Regis Lusitaniæ  
ad confederatum Belgicum  
legato. extraordinario.  
Hagav.

Excellentia tuae devotissimus.

J. Foresto, in Curia  
supremâ Senatori.

Nobilissime et amplissime Domine

(309).  
Insigne carmen tuum pari ab affectu ac industria profectum utriusque Principi, quod ne sic quidem mandaveras obtuli.